

J.K.  
129,  
23.

II i  
1956

M. JOH. JACOB STÜBELIUS,

Iacobib[us] Rector Illustris Scholæ Mischeniæ,

## Ad Actum Dramatico-Oratorium,

Festo terapori huic convenientem, & Feriar. II.

horâ pomerid. III. in Auditorio majore

instituendum,

in quo

GEORGIUS ADAMUS HOESCHELIUS, Dresdensis, repræsentabit binis  
Orationibus Latinis,

I. JOSEPHUM ob MARIAM gravidam sollicitum & dubi-  
tautem,

2. Post quietem evigilantem, & sedatis animi motibus, domum du-  
centem illam.

CHRISTIANUS LUDOVICUS PFIZERUS, Lipsiens. ANGELUM sifet  
JOSEPHO in somno apparentem, eumq. confirmantem & instruentem,  
Versibus Latin, Hexametris, intermixtis Phaliscis.

JOANN. FRIDERICUS GROSSIUS, Frauenhayn. exhibebit MARIAM  
laudantem DEum & JOSEPHUM suum erigentem, Oratione Lat-  
inâ solutâ. Et

GEORGIUS FRIDERICUS SCHMIEDERUS, Borschützen. induet personam  
ESAIE, explicantis mysterium à se proditum, de Virgine filium paritwâ,  
Immanuolem dicendum, sermone Græco.

Ad futuros nobis invitat Fautores & Amicos  
humanissimâ ratione

## HAC DISSERTATIONE

de JOSEPHO Christi nutrio, fabro lignario,  
superstitione culto.

\* \* \*

Valedixere nobis bacchanis in Academias dimissi,

JOANN. ADOLPHUS SEYFFARTUS, Abläffens. Oratione præmissa de  
Curiosis bujus etatis, & adjuncto Carmine Græco Heroico; Cui re-  
spondit CHRISTIAN HEINRICUS SCHÄFFERUS, Dresdens. Ele-  
giâ Latinâ.

CAROLUS RUDOLPH, de MILCKAU, Eqves Misn. de Miliib[us] Eruditis  
Oratione, comitate hanc Carmine Germanico; quem exceptit Ca-  
mine propemptico, simili genere, NICOLAUS ALBERT. BOETTI-  
CHERUS, Kirchhayn.

JOANN. BENJAMIN MÜNCH, Dresd. Oratione de Omnibus & Impre-  
cationibus Preceptorum, addito Carmine Heroico Latino; cui felicem e-  
gressum optavit Carm. Alcaico GEORGIUS ADAM HOESCHEL,  
Dresdensis.

JOANN. GOTTLÖB MANITIUS, Burckertswald. Oratione de Controver-  
siâ Quesnelliana & eventu ejus futuro, ac vale dicto supremo Versibus  
Germanicis; Cui similibus respondit JOANNES CHRISTIANUS  
FUNCIUS, Wilsdrupp. Et

EHRENFRIED AUGUSTUS de TAUBENHEIM, Eqves Misn. Oratione  
de Nobilitate absq. virtutibus ignobili, annexo luculento Carm. Germ.  
Cui propempt. cecinit simili NIC. ALB. BOETTICHERUS, Kirchhayn.

MISENÆ,

Typis JOACH. ERNEST. SPAHNII, MDCCXVIII.

ffff.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

IPSE fecit & faciet!

**D**edi aliquando, cum, qui dicturi erant, indieandi essent, JOSEPHUM, haud verum CHRISTI Patrem, ut à Barlaeo dicitur, NON SENEM, qualem Poëtae ac pictores singunt. Jam in hoc Feste Eundem lignarium dabo fabrum, superstitione ab iis, qui sacra colunt Pontificia, cultum. Faber utique si fuit abjectioris inter opifices conditionis. Arquerunt hoc satis, qui Nazarerhi cum eo intra ejusdem oppidi vicos vixerent. Cum ibi Christus, patriæ huic suæ pro educatione repositorus beneficium, quo majus & excellentius nullum, salutifera doceret, multi è civibus, audientes ipsum, stupore defixi adstiteré. Res mira & inexpectata movit eos, ut dicerent: Unde ab hoc hausta sunt ista, & quæ sapientiâ hæc ex eo elucens? Cui ante ipsum de prodigiosis ejusmodi, quæ patrat, operibus, quicquam cognitum est? Memores autem natalium, quæ illis visa, obcuritatis, serpentes eum, illicò hæc addebat: Nonne hic est faber, quem ante paucos annos artem fabrilem, cum Josepho patre (is creditus erat,) exercerentem conspeximus? Eum tantum nunc repente magistrum existere, haud quicquam verisimile nobis. Quemadmodum à Matthæo & Marco tradita ista, non sine magnâ commotione animi, legimus. At δ Judices miseris & imprudentes? Vilitas doctoris, oculis oblata, non debet in contemptu adducere doctrinam. Consideranda sunt DEI munera, quæ contulit in illum: nec fas est præcipitem esse in sententiâ terenda. Ut Lucas Osiander optimè censuit. Ad Christum qvod attinet, Justinus utique in Dialogo cum Tryphone testis est, Christum, fabri filium existimat, fabrile fecisse opus, juventem illum. Aded ceciderat è culmine suo, & sic fordescere cœperat posteritas Davidis Regis, cuius aliquæ portiones Josephus & Mariæ, juncta huic patruo suo, ut à Pabebrochio dicitur, licet per quam tenues, erant. Ea solicitude doctos non levitoris, qvod uterque Christi rerum scriptor Matthæus & Lucas, non Mariæ, ex quâ noster Salvator natus, sed Josephi, quem Patrem eius naturâ non fuisse, à nullo Christianorum ignoratur, maiores enarrasse videtur. Autor tamen Historiæ Eccl. Gothanæ, è multis veterum novorumq; Interpretum involutis difficultatibus, primo loco tenendam hanc eruit sentiam, quæ à Lucâ Mariæ *aenagion*, à Matthæo Josephi genus explicatum vuln., ut non minus ex adoptione, quam naturali progenie Davidis Messiam descendere appareret. Qvod qvomodo expeditum det è Chemnitio & Glassio, ex ipso noscatur, non tacente allorum rationes Matthæum atque Lucam conciliandi. Nos hic limites propositi non translimus.

Diit is illis connubii fœdere copulatis, verum inter se illicò matrimonium fuisse, citra usum tamen ejus, cum Maria perpetua manserit. Virgo, Ignatius Hyacinthus Amat de Gravelon, Parisiensis Doctor, statuit, ubi de mysteriis & annis Christi dissertavit. Tirinus etiam recedens ab Origene, Hilario, Epiphanio, aliis pastam modò Josepho concedentibus, quærit, qvomodo voluerit dimittere vel repudiare nondum ductam? Sicut & Maldonatus contendit, cum intellectum est Mariam uterum gestare, & Josephus eam deterturus fuisse, non sponsam solùm, sed nuptam, quoque fuisse, qvod alias infamis fuisse partus, & à Matthæo Josephus non sponsus Mariæ, sed maritus vocaretur. Qvamvis in Actis Eruditorum Decembri mense A. M DCC XIII. judicetur, fortasse nimis curiosum esse, arcana matrimonii hujus rimari, tutiusque dici cum Basilio, non liquere, cum non pertineant hæc ad fidem. Neque vero silendum, plurimi

rimis credibilius, desponsatam fuisse Mariam Josepho, anteqvam hic à cœlesti nuntio esset monitus, & posteā ductam domum. A Nobiliore qvopiam ea non erat uxor ducenda, Pauperem & villem fabrum ei voluntas divina sociavit, ut perspicuè cerneretur, sublimia & splendida, hujus mundi non negligi qvidem à DEO, sed non ubique humilioribus & obscurioribus preferri. Causas, ob quas conjugium illud ineundum fuerit, longō recenset ordine Beffæus. Constatbat itaque inter omnes Nazarethanos, cujus essent fortis, qui parentes Christi habebantur. Quapropter, coram ipsis eo sapientissime sermocinante,

Hec inter sepe præstanti voce susurrant,  
Nonne hic est faboles fabri, cui nomen Joseph?  
Non Maria est genitrix? Non fratri nota propago est?  
Unde igitur legis Doctor, tantæque minister  
Virtutis, cedit cui labes vicia malorum?

Qui Juvenci sunt versus. Offendiculi enim aliquid ab illis hinc erat, petutum. Illidebantur petra, qvâ nixi surgere debebant. Neque invitâ, neque in doctrinâ qvicquam, qvod carperent, inveniebant, omnia potius in ipso admirantes. Interrogabante modò se invicem, unde homo, inter doctos minime versatus, nec à primâ inde adolescenciat literis institutus, talem sibi acquisiverit scientiam. Ex Esaia verò cognitum ipsis esse debebat, Messiam à Spiritu Sancto unctum iri. Mirabilitia, inquit Augustinus, mirantium, unde sapientia sapientiam habet, & virtus virtutem? Externa tantummodo rejiciebant, stirpem, vitæ genus, familiam plebejam. Ultrà noctuæ istæ non prospiciebant, cum tamen Johannis VII. Capite Doctor sapientissimus vetererit, secundum speciem objecitam sibi pronuntiare, qvia maturiore & confutiore utendum esset iudicio. Alia generatio, nempe æterna illa intuenda erat. Decuisset illos, recordari Davidis, qui opilio fuerat, lice tamē divinitore tantopere collustratus, & virtute inuisitata instrutus, uti Daniel Tossanus arbitratur; Amosi, qui bubulus, legatorum Christi, qui pisticatores fuere, illustribus tamē & magnificis rebus ornati. Qvasi verò, ut Chrysostomus ait, non sæpè extiterint insignes Viri, humili & obscuro genere orti, & rufus teterrimi è clarissimo, Catilinæ, Nero-næ, Juliani. Dum simpliciter ~~risus~~ sive faber appellatur Iosephus, disquiriri de eo posse putarunt quidam, quales fuerit faber, & qvam materiam tractarit? S. Ambrosius & Hilarius, unaqve cum ipsis Beda, eò propenderunt, ut crediderint, eum fabrum ferrarium fuisse. Hugo murarium vel aurifabrum facit. Chrysostomus, S. Thomas, & complures alii passim lignarium malunt; & Walæus disputavit de eo, an talis fuerit faber, cuius innocentissimum, simplicissimum & maximè necef-sarium est opificium, quo carere homines nequeunt, cum non pauca elegantiæ tantum ostentationi luxuria que inferuant. Qvale nec Christus indignum se habuit, occupari eo. Certè, fabrum lignarium fuisse Iosephum, affirmat Botiacus in Moralibus Gedanensisibus, Caloviusq; idem sentiens, dicit, Christum pariter ad operas ejus adhibitum, testantem ita, se nec plebejos despctosve homines, quales fabri sint vulgo, despiciatui habere, eodemqve honore cum eminentibus fastigio suo dignari, qvippe cunctis absque ullo discrimine in salutem in terras missum. Ostendit sic profecto DEus, opifica sibi non ingrata. Et qui essent, cum labores, qvos poscunt illa, sudorem exprimant homini, cuius est, præcipiente hoc DEO, effundendo illum parare sibi, qvibus vescatur! Bezaleel opifex, lignorum tractandorum gnatissimus, arcam sacratissimam concinnavit. Hie autem lignarius faber, volente id supremo Numine, aliuit eum, quem area illa pulcherrimè adumbravit.



Apud Hieronymum Vidam Josephus, quem fingit hic, rumore de capto Christo excitatum, Nazareth Hierosolymam properasse, affatur Pilatum, intercedens pro illo:

*Quamvis res intopes opera ad fabrilia versum  
Exercent, tamen est mibi Regum è stirpe propago.*

Quid? quod Reges ac Principes non puduit quandoque lignis admovere manus. Ascia quædam arepta Magnus ille Russorum Imperator Petrus in Batavia materiam, ante aliquot annos, navibus fabricandis aptavit: & torno subinde oblectavit se Saxonæ Septemvir celebris Augustus. Olearius id notavit, quod Perse, quamquam falsò, credant, Davidem opificem, & quidem fabrum fuisse, cudentem corpus munientia. Dædalu fabricam, & in eâ instrumenta primum invenisse, Polydorus Vergilius, & Theodorus Janssonius in onomastico rerum inventarum, è Plinio tradidere: & de fabris lignariis Felibien egit uberioris in libro Sculpturâ Gallicè Parisis edito. Nugator ille facetus Abrahamus à S. Clarâ in eo libro, in quo cuique operi addictos describit, ob id fabris lignariis quibusque lætamendum inquit esse magnopere, quod post DEum & Mariam Sanctorum nobilissimum in celo, faber lignarius fuerit, quandoque ut credibile sit, ipse DEI Filius in terris versatus usque ad XXX. ætatis annum, apud nutricium suum fabriilem artem exercuerit. Petrus Labbe in Elogiis sacris argutè ait: Exercent artem lignariam Josephus & Iesus. Ponit tyrocinium DEus sub homine. Dicit aliquid, qui nihil ignorat. Dicit fingeret rotas, qui fixit stellas. Adspicit laborantes mater, & segmenta colligit. At heu! dedicant arbores, olim crucis futuras. Josephus, non attingeres arborem, si scires, mortem latere in arbore, negre tu, mater, segmenta colligere. Scit CHRISTUS, & mortis olim future jam faber est. Idem auctor in Epistola confitit Verbi aeterni ad B. Virginem:

*Cum robustos etas sumaverit annos,  
Hec erit altiora dextra operosa suo  
Fabriles habili tradabit dextra dolabras,  
Dextera, quæ magnos est fabricata polos.  
Sæpe mihi volucres sumuuntur orbis in orbes,  
Unde suis currant noxq; diesq; rotis.  
In nova decisas aptabo sedilia sylvas  
Unde fident propriis fixa elementa locis.  
Sæpe arbor jussas ultrò ingenioſa figuris  
Induet, artificem deuenerata sum  
Has operas & quisquis emes, si nomina nôsses  
Artifcisi, fieret quam tibi diues opus?*

Comminiscitur Poëta quædam, sed convenientiora Christo, quam lusitanti cum pueris excogitati à monachis globuli sunt, arte ipsius in mures abeuntes. Justinus nobis per vadet, ipsum aratra & juga boum confecisse. Et plerique interpretes sacri, in eo consentiunt, quod non alienum ab illo fuerit negotium fabrile, qui ad alia longè humilia se demiserit, cum vero non sit consentaneum, eum in pueritia & sequenti ætate otiosum fuisse apud Josephum, quippe obsecundantem præceptis DEI omnibus, adeoque & illi, quo subemur sudorifero labore alimenta nobis quærirare. Augustinus tamen negat illum fabrilem tractasse artem, qui sermone de nativitate ejus, Est, inquit, quidem fabri filius, sed ejus, qui fabricatus est mundum, & mentes rudes explanat. Ex Historiâ Josephi, quam Tillemontius exhibuit, Protevangelio D. Jacobi & Bernardini sermone de S. Josepho, plura de hoc, non adducam. Adinodum est memorabile, quod à Sozomeno narratur de

Libanio Sophistā, Pædagogum qvendam Christianum interrogante, quid faber ille Iesus ageret, cui responsum ab ito: Fabricat loculum Julianum. Emanuel Thebaurus, ut ferme nimis Ingeniosus est, hæc scripsit: *Filiu Davidis fuit & faber.* Quid credat? *Regia Davidis linea in materia*rio finitur, novæ nimirum nobilitatis fabro. Nam retrogada generis claritas à DEO in fabrum, à fabro in Reges proavos refundatur. O neza prouidentia opera! Regalis Genealogie princeps Adam, postremus Ioseph. Ille agricola, hic faber. Lignum peccati materiam ille seruit, hic fecit. Haud alienum à Christi Patre ministerium. Quid enim DEus nisi faber? Tornare orbem, inspicere montes, dolare campos, excidere homines, fabrilia sunt. Verè ut dicas fabrum DEum & fabri filium Responderunt morienti Christo hīnatales, ut inter eandem artem viveteret & occumberet. Malleus, forfex, trebre, clavi, ligna, vitæ ministeria, mortis instrumenta fuere. Eademque domesticâ arte cune dolantur & crucis. Sive igitur neci nascendo præcludit, dum cum fabro nascitur. Nec minor Davide Josephus. Arvitum regum gerit in officinā. Stant illi sua Imperii signa, fabriles sectores, & lignei facies, quos Puer alligat. Et rursus in inculpatum ligno Maria Imaginem: Qvod fabrili materie nubilis adhæret forma, speciosum cum fabro conjugium refert, inò in conjugio celibatum. Nam si statua nuberet, sic nuberet. Placent ista Martini Hayneccii, Rectoris olim Illustris Iudi Grimmensis in oratione de disciplinâ scholasticâ: Quid ab eo discipline intermissum est? Paret ipse DEus immortalis mortalibus homunculis, subiecti se fabricator & servator orbis fabro minutulo, rudi, pauperi, &c. Videte, quomodo DEI Filius se exinaniverit! Qvò minus autem dignitas JOSEPHO fuit in terrâ, hòc plus ejus attributum ipsi est post suprema fata, serò quidem, at eo gloriōsius, postquam tot seculis inglorius latuit, uti Dannhauerus, & neglegētus fuit, uti Cornelius à Lapide loquitur; augetur quæ indies magis gloria ejus, uti Wemmersius ait. Carolus Stengelius in libro de historiâ & officio B. Iosephi, ineptissime dicam an irreligiosissimè differit ita: Reliqui sancti, angelî etiam & Seraphini, ut deprecatores posulant aliq; vid à Christo Domino suo, tanquam servi: Ioseph autem pro autoritate qvodammodo, tanquam Pater illius, cui sanè, sicut in terris, Christus, accepit beneficentie non immemor, ad nutum affectu filii obedit. Adoratur sollicitè, ut è Joh. Wilfoni exercitisi piis, qvæ vocat, perspicitur. Festum ei celebratur, ut è Bessæo, ordo in honorem ejus institutus est, ut è Micrælio liquet. Patronum Austriae legit Leopoldus Imperator, qvod Hoffmannus memoravit. Sicut Bohemi quoque se fidei ejus commisere, qvod è Jesuitâ Joh. Jahodâ discimus; Bavari cum primis, qui ei plurimum tribuunt, de quo Breberus vindendus, Autor Itinerarii Germanico-Politici accusat Bavarios, qvod eum pro terrestri D E O commendant, & mirari se dicit, qvod non solum Patronum Antonium Iosepho prætulerint. Universa Bavaria, ut Maierus habet, flexis poplitibus eum veneratur. Qvibus non eum encomi extollit Carmelita ille P. Andreas de S. Theresia in concione Anno M D C L X I V . evulgatâ? In Trinitate ibi creatâ quam Gerſon jam in terris paravit, constitutum eum tertiam personam, juxta JEsum & Mariam. Nominat omnipotentem, alterum Consulatorem mundi, Spiritum Sanctum incarnatum. Abrahamus à S. Clara jam allegatus, in Laudatione Iosephi ex amore profecta, & Anno MD G L X V . publico communicata, in qvâ eum præconiis multis egregiis extulit, inter alia Tutearem Angelum & Patronum Christi dixit,



OKT. 1956


X3682088

qualis nullus Angelus esse potuisset. Cui superstitioni Damascenus ævo suo, & Bernhardus suis elegis invidendis prælufere, quorum alter jactavit legem ab eo ad ienectum usque servatam, alterum solum à DEO magni consili Coadjutorem adhibuit. Gerontius Mariam dicit & Josephum conversos æqualiter vultus in JESUM habuisse, velut Cherubinos duos Mosaicos in arcam, qvorum alterum Viri, alterum Mulieris monitræssæ formam, Arias Montanus tradit. Iahoda diœsus fabulatur, eum, ut Mariam, corpore atqve animo in cœlos assumitum, & tres, JESUM, Mariam & Josephum testimoniūm dicere in terris, hosqve tres unum esse. Tæder impiatum istiusmodi ait agnum. Atlanteum rectius appelles, qui non celum, sed cœli conditorem portavit; palum, cui ceu fulcimento vitis applicata fuit, in qvâ nos palmites, nutritorem sui nutritoris. Josephum Jacobi filium toti Ægypto & adjacentibus ei provinciis alimenta suppeditasse, hunc Josephum omnium colorum terrarumque Domino, viventes, qvâ patet orbis, omnes aleti. Absit autem, ut velimus cum Carmelitæ illo insanire ac Christum facere portam cœli, quam Josephus felicissimus faber fabricarit, & prædicare cum eo, qvod divina Majestas non majoribus colatur obsequiis qvam Josephus, cui etiam JESUS & Maria ministrent, qvod Christus ipsi claves Paradisi cesserit, aut qvod beatiores Genii regniorum ipsi canere teneantur. Vovit ei statuam Viennæ ponendam Leopoldus, Imperator, qvam filius ejus & successor Josephus, Anno M DCC VI. erexit solenniter, de scriptam depictamque in augustissimi Leopoldi vitâ, Lipsiæ Anno M DCC IX. publicata. De caligis aut oreis Josephi, qvas Papicole venerentur, Calvinus admonitione de Reliquiis hariolatur, lxxv illas cujusdam aut caculæ fuisse. Simplicitate magis innocuâ factum, ut Melzero id referente, Schnæbergæ fodina qvædam metallica, & urbecula qvædam in montanis Milnitz agris, nomen à Josepho fuerit fortita.

\* \* \*

Perorârunt SEYFFARTUS in prosa de inimicis veritatis Religionis nostræ prejudiciis. HOLLIUS Saxoniam recitavit ad Imperatorem Carolum VI. ut conditiones pacis cum Turcis moderetur. PIÆZERUS Oratione Latina negavit Patri convenire filii damnationem ad mortem. SCHMIEDERUS allâ severitatem Patris approbarit in supplicio maligniori filio inferendo: J.E.GROSSIUS de jecundo in horis fecessu verba fecit. DOEBELIUS Electorum Saxonie Confuges laudavit ob fable utam à se puriore religionem. C.G.MEISELIUS carpendi alias temere libidinem reprehendit. PIETZSCHIUS Alberonius Card. cum Th. Volso comparavit. &c.

F I N I S.



W078

110.



III  
1956

M. JOH. JACOB STÜBELIUS,

Ibmazibni Rector Illustris Scholz Mischenensis,

Ad Actum Dramatico-Oratorium,

Festo terapori huic convenientem, & Feriar. II.

horā pomerid. III. in Auditorio majore

instituendum,

in quo

GEORGII ADAMUS HOESCHELIUS, Dresdenis, repræsentabit binis  
Orationibus Latinis,

1. JOSEPHUM ob MARIAM gravidam sollicitum & dubi-  
tautem,

2. Post quietem e vigilantem, & sedatis animi motibus, domum du-  
centem ilam.

CHRISTIANUS LUDOVICUS PFIZERUS, Lipsiens. ANGELUM sicut  
JOSEPHO in sonno apparentem, eumq. confirmantem & inservientem,  
Versibus Latin, Hexametris, intermixtis Phaliscis.

JOANN. FRIDERICUS GROSSIUS, Frauenhayn. exhibebit MARIAM  
laudantem DEum & JOSEPHUM suum erigentem, Oratione Latini-  
nâ solutâ. Et

GEORGII FRIDERICUS SCHMIEDERUS, Borschützen. induet personam  
ESAIAE, explicantis mysterium à se proditum, de Virgine filium paritum  
Immanuelum dicendum, sermone Græco.

Ad futuros nobis invitat Fautores & Amicos

humanissimâ ratione


HAC DISSERTATIONE

de JOSEPHO Christi nutricio, fabro lignario,  
superstitione culto.

\* \* \* \* \*

Valedixere nobis bacenus in Academias dimissi,

JOANN. ADOLPHUS SEYFFARTUS. Ablassens. Oratione præmissâ



MISENÆ,  
Typis JOACH. ERNEST. SPAHNII, MDCCXVIII.

ffff



BIBLIOTHECA  
PONICAVIANA